De boetio

Oportune de eo feciſti mentionē quippe de illo mecū animo age-
bam qui ſe ſperauit hoc ſcire et alios edocere poſſe non eadem
via qua paulus ſed eadem tamen tendens ·Laurencius·
Non modo plus quā debuit ſibi cōfiſus et maiora ſuis viribꝰ
aggreſſus eſt·ſed nec eodem tendit nec viam confecit quā inie-
rat ·Anthonius· cur ita ·Laurencius ·Audies hoc enī
eſt quod dicere volebam·Nam primo paulus ait non eſt vo-
lentis neqꝫ currentis hominis·ſed miſerentis·Boeciꝰ vero in to-
ta diſputatione colligit non quidam verbis ſed re·non eſt pro
uidentis ſed volentis et currentis hominis·Deinde nō eſt ſatis
diſputare de prouidencia dei niſi dicatur etiam de volūtate qđ
ne multa dicam ex facto tuo probari poteſt qui non contentꝰ
prima queſtione explicata de proxima quoqꝫ querendum pu-
taſti· ·Anthonius· Cum penitus orationes tuas conſidero
veriſſimam de boecio ſētenciam protuliſti·a qua ne ipſe quidē
appellare deberet· ·Laurencius· Et quid cauſe fuiſſe putas
vt homo criſtianus a paulo deſiſteret·eiuſqꝫ nuſqꝫ meminerit
cum in eadem materia quā ille tractauerit verſaret atqꝫ adeo
in toto opere de conſolatione nulla vſqꝫ de religione noſtra nul
a de preceptis ad beatam vitam perducentibꝰ nulla de criſto
mencio ac pene ſignificatio reperiatur· ·Anthonius· Opinor
qꝫ vehemencior admirator philoſophie fuit· ·Laurencius·
Optime opinaris ac potius intelligis·Nam ita exiſtimo nullū
vehemenciorem philoſophie admiratorem poſſe deo placere·
[illegible] in peregria
[illegible]
cis· Laurencius· ad puocationem igitur ueniamus aliquan
do finem faciemus·cum tibi de preſciencia·de voluntate dei de
boecio querenti vt reor ſatis ſit ſcētum·Et quod [illegible] exhor
tandi gratia dicam·licet vt es animo bene conſtituto non deſi

Der Leser liest aktiv

Dieser humanistische Dialog über eines der ewigen philosophischen Probleme, nämlich ob es einen freien Willen gibt, bewegt den Leser zu eigenen Einzeichnungen. Kaum erkennt man die gedruckten Gesprächspartner Laurentius und Anthonius.

Laurentius Valla: De libero arbitrio [Vom freien Willen], Straßburg: Georg Husner, um 1475 [Ed.vet.s.a.m.100]